



172

194  
2

2.

3.9

4.2

170

1.

2.2

3.1





1723.

19<sup>te</sup> Feker, W. G. L. Leincent: De jure molendinorum.  
2  
28 impl. 1723: 1748.

2. Feltyus, Johann Meuricus: De immediate S. R. I.  
nobilitatis aequitate, probitate, dignitate

3. Gobel, Jo. Theobald Antonias: Resolutio capituli  
54. 10 de appellacionibus et quaedam ex jure nat.  
gent. et civili corollaria.

4. Salyman, Jo: De luxatione ossis femoris et  
rivo, frequentiore calci fracture.

1724.

1. Oey, Johann Andreas: De proclamate Causali.

2. Lenz, Joh. Franc. Anton: De reconatione  
mirilegionum.

3. Veiel, Urs: De obligationibus ex facto aliis.

1727.

1. Fruelich, Johann Thomas: De aequitate tacite  
subintellectae clausulae correlativae in  
testamentis.

~~1728~~

- ~~1. Beck, Franz Erasmus: De collegio Electorum anti-  
quibus a collegio principum separato. Rec. 1742.~~
2. Linckius, Terentius Berhardus: De inofficiosa  
donatione

1728

1. Beck, Franz Erasmus: De collegio Electorum et anti-  
quibus a collegio principum separato. Rec. 1742.
2. Nicolai, Ludov. Christianus: De contractu vitalitio, quo  
annui redditus ad dies vitae comparantur.
3. Reichmannus, Johann Augustus: De eo, quod justus  
est in causis pauperum. Rec. 1724.



1728.

4. Wiederholdt, Innoentius Gualtherus: De iudiciis et ordi-  
nationibus.

1731.

1. Mettenstein, Ludovicus Bartholomaeus: De vacato sacro  
et Germaniae

1732.

1. Maire, Ludov. Matthias: Analysis p. 13. Cod.  
arbitrium tutelae

1733.

1. Le Fevre, Hermannus Petalpus: De legis in genere  
notione.

1734

1. Fuchs, Franciscus Josephus: De resocanda conditione et  
improvementiam liberorum

1735

1. Froeseius, Jo. Leonhardus: De charitate mercia theo-  
logorum. Oratio.



1736.

1. Bruch, Fidericus David: Observationes quaedam  
practicae de radicis fruticis juniperi decocto.

1737.

1. Neuville, Petrus Josephus Antonius: De tutela materna
2. Freilinger, Joh. Christianus: De S. R. I. principe justo  
duorum Electoralium secularium possessore.
3. Pizler, Joh. Amatus Guilelmus: De arbitris compo-  
sitionis . . . . .

1200

1200

1200







DISPUTATIO JURIDICA  
IVRE FUNDI  
NORVM.

VIRO  
NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO ATQUE  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
JOHANNI HENRICO  
BOHNER.

BOHNER.

MDCCXII







Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JURIS  
PUBLICI

QVA

188  
1723, 2. 3

IMMEDIATÆ

S. R. I.

NOBILITATIS,

ANTIQUITATEM, POTESTATEM, DIGNI-  
TATEM

*ab Adversariorum objectionibus*

P R Æ S I D E

DN. JOHANNE HENRICO  
FELTZIO,

JURISCONSULTO ET PROFESSORE  
JURIS PRIMARIO, CAPIT. THOMANI  
CANONICO SENIORE,

*SOLENNITER vindicare conabitur,*

FRIDERICUS BERNHAR-  
DUS à SCHMIDBERG,

*Ad D. XXIV. Martij M DCC XXIII.*

---

ARGENTORATI,  
LILIERIS JOHANNIS PASTORII.

*fol. de immo. imp. nobil.*





IMMEDIATA  
NOBILITATIS  
ANTIOCHEN. POTESTATEM DIGNI  
TATEM  
DR. JOHANNES HENRICO  
F. T. N. O.  
JURIS PRINCIPALIS CANT. THOMAS  
FRIDERICUS BERNHARDT  
DUS & SCHMIDBERG  
HERRN JOHANNIS LASTONIT



PER-ILLUSTRIS AC  
GENEROSISSIMO  
DOMINO,

DN. GOTHO-  
FREDO

à SCHMIDBERG,  
DOMINO  
IN LEHREN, STEINS-  
FELD, ET ADER-  
SPACH, &c.

CONSILIARIO NOBILITA-  
TIS IMMEDIATE CREICH-  
GOVIENSIS,



QVOD  
PLUSQVAM  
PATERNO AMORE  
INFINITA SIBI  
BENEFICIA  
EXHIBUIT  
ATQVE PORRO QVOTIDIE EXHIBERE  
HAUD CESSET  
SPECIMEN HOC ACADEMICUM  
STUDII PER TRIENNIVM  
HEIC TRANSACTI  
FILIALI, QVA DECET,  
REVERENTIA

D. D. D.

OBSEQUENTISSIMVS EX FRATRE  
NEPOS

FRIDERICVS BERNHARDVS  
à SCHMIDBERG.



GENEOSISSIMO DOMINO  
FRIDERICO BERNHARDO  
à SCHMIDBERG,  
EQVITI SVEVO  
S. P. D.

DISSERTATIONIS PRÆSES.

**N**on possum, quin solenniter TIBI gratuler de triennali in Universitate nostra commoratione & studio; ita enim TE per isthoc tempus gessisti, ut omnium laudatorum Virorum laudem, favorem ac amorem TIBI conciliaveris. Nam & erga Doctores tuos modestum, erga superiores humilem, erga aequales amicam atq; jucundum, erga inferiores benevolum & beneficum TE exhibuisti, ita, ut conversatio TUA omnibus, quibus justa circa mores regula cognita perspectaq; sunt, non potuerit non grata acceptaque esse. In studiis porro tractandis & summa cum diligentia versatus es, & eam adhibuisti electionis prudentiam, ut, quæ Nobilibus conveniunt, atq; suum in praxi vitæ civilis usum habere possunt, potissimum sectareris. Itaque, præmissa prudentia civilis ac historie curata tractatione, jurisprudentia inprimis autem id operam dedisti, ut Juris Publici, quo Sta-



tus Imperii Romano-Germanici juxta LL. fundamentales adeoq<sup>ue</sup> juridice describitur, solidam TIBI cognitionem comparares. Atq<sup>ue</sup> hunc TE scopum feliciter attigisse, hoc ipsum, ni fallor, quod publica eruditorum discussioni submittis, dissertationis specimen, quo laudabili instituto Illustrem S. R. I. Ordinem, cujus membrum constituis, defendere studes, abunde demonstrat. Sequeris hac in re vestigia Illustrium Virorum, quos ipse allegasti Reinhardum à Gemmingen, cui cognationis etiam vinculo junctus es, ac Casparum à Lerch, intelligo; qui jura Nobilitatis Immediata adserendo vindicandoque in universo Imperio, imo in toto, qua latissime patet, orbe literato immortalē sibi compararunt gloriam. Maçte ergo, & porro semita huic strenue ac fortiter insiste; & prædem dabo, ad Templum Honoris & Glorie TE inoffenso pede perventurum. Faxit Deus Ter Optimus Maximus, ut exemplo TUI incitati alii etiam Generosi Juvenes, qui Universitatis nostræ Matriculæ nomen dedere, stemmatis generisque decori, solide quoque eruditionis ornamentum amabili nexu adjungere omni ope allaborent; ita jucunda TUI atq<sup>ue</sup> honorata memoria subinde heic denuò recoletur. Vale.

Q. D. B. V.





Q. D. B. V.



*Obilitas Imperii Immediata*,  
uti nunquam non suos in-  
ter Principes quoque in-  
venit Patronos, atque sum-  
ma inprimis potentissimo-  
rum Impp. protectione maximo cum suo  
emolumento gavisa est; ita hostes quo-  
que sensit atque persecutores acerrimos,  
qui via facti vi, armisve, atque intentatis  
temere *Processibus*, quos vocamus, liber-  
tatem, jura, bona eidem eripere maximo  
ausu conati sunt. Sed & inter eruditos  
reperiti sunt, qui in favorem *Ejusdem*, par-  
tim equidem ratione muneris obligati,  
par-

A



partim vero sola veritatis vi adacti cala-  
 mum stringerent, atque in publicum e-  
 vulgatis scriptis *Eum* defendere annite-  
 rentur. Ab aliquo vero tempore hinc  
 inde evolare cœperunt libelli ac disserta-  
 tiones bilem malignam in Nobiles evo-  
 mentes, atque omni ope id agentes, ut per-  
 illustrem hunc & antiquissimum Imperii  
 Ordinem tantum non infra vulgus igno-  
 bile atque ad servos usque deprimerent.  
 Inde mihi consilium enatum est, in spe-  
 cimen Academicum quædam colligere,  
 quæ novissime circa originem, superiori-  
 tatem territorialem, & alia quædam jura,  
 ipsis dubia fieri, atque ex variis rationibus  
 controversi volunt; atque tentare, an,  
 quæ obmoventur, removeri, adeoque  
 Corporis hujus Politici antiquitas, pot-  
 estas ac dignitas ab adversariorum aggres-  
 sionibus vindicari ac in tuto collocari que-  
 at. Id quod eò minus vitio mihi versum  
 iri, confido, quo certius est *Jcti* effatum:  
*turpe est Patricio & Nobili, jus, in quo*  
*ver-*



versatur, ignorare, addere licebit: nec,  
quantum ipso est, defendere. Sit itaque  
argumentum

I.

*De Origine Nobilitatis*  
*Immediata.*



Communior hucusque opinio fuit,  
*Nobilitatem Imperij immediatam li-*  
*bertatem suam & immediatam ex-*  
*tinctioni familie Ducum Suevie debe-*  
*re*; nimirum, postquam A. C.  
MCCLXXXVIII. decollato Nea-

poli ex consilio Papæ jussuque Caroli Andega-  
vensium Ducis, Conradino, desineret stirps Du-  
cum Suevorum Hohenstauffica, nec Ducatus  
Suevicus Franconicusque alii familiæ ex integro  
fuissent collati, ex hinc factum esse, ajunt, ut ad  
exemplum Comitum Civitatumque & Nobiles  
in libertatem se vindicarent; ita *Crusius, Befoldus,*  
*Noldenius, Limmæus, Speidelius, Hugo, Rhetius, Schwæ-*  
*derus, Dattius, Hertius, Titius, Kirchmaier,* aliique.

Verum enimvero præsupponunt hi omnes,  
Nobiles, de quibus agimus, Ducibus fuisse tam  
personæ, quam bonorum ratione subiectos, hos-  
que ut subditos pro immediatis suis Dominis  
agnovisse; quod tamen magnum satis postula-  
tum est, haud ita gratis concedendum. Rationes  
in utramque partem dudum congeffit, qui Ordini



ne Equeſtri à conſiliis fuit, *Phil. Knipſchild.* in vaſto opere *de Juribus & Privilegiis Liberae S. R. I. Nobilitatis lib. 1. cap. 3. §. 60. ſeqq.*

Adferentium argumenta, quæ alicujus momenti apparent, à *Befoldo* primum fere prolata in ſumma eò pertinent, (1. quod *Valvaſini*, qua voce Nobiles noſtros indigitari autumant, *Valvaſoribus*, id eſt, *Ducibus*, *Marchionibus*, *Comitibus*, à quibus feuda acceperunt, ſubjecti fuerint, v. *Cujac. de feud. lib. II. tit. 10.* (2. quod *Duces* e. g. *Sueviæ & Franconiæ* de integro *Ducatu*, ſub quo & Nobiles comprehendantur, quippe qui in territorio adeoque & de territorio eſſe præſumuntur, fuerint inveſtiti. (3. quod tum *Sueviæ Ducibus*, tum *Franconiæ* habuerint judicia provincialia; priores *das Landgericht in Ober- und Niederschwabem/auff der Leutkircher Heyden/ in der Pürsch/* poſteriores *die Landgericht zu Dnolzbad/ Würzburg/* à quorum *jurisdictione* Nobiles haud videntur fuiſſe exempti. (4. quod imò & *Comites* e. g. *Landgravij Baarenſes*, *Comites Hochbergens* in Nobiles exercuerint *jurisdictionem*, quæ eximum *ſuperioritatis territorialis* caput conſtituit; quidni *E. Ducibus* fuiſſent ſubjecti? (5. quod *Chlodovæus primus*, qui & *Magnus*, jam ſuo tempore poſt prælium ad *Tolbiacum* ſubegerit, atque in ſervitutem redegerit *Alemanniam*, *Franconiam*, & *Tractum Rhenanum*, ita ut, atteſtante *Gregorio Turonenſi lib. II. cap. 30.* victi *Alemanni* clamarent: *ne amplius, queſimus, pereat populus, jam Tui ſumus*, inter quos & Nobiles fuiſſe, generalis *historicorum*, qua utuntur, formula, factis



tis innuit; unde probabile est, in eodem subjectionis mansisse statu, usque dum demonstretur, in libertatem se vindicasse; quod ante extinctos Duces contigisse, nunquam probabitur.

Qui negant vicissim, prætendunt, *Nobiles nostros statim Romano Imperio ad Germanos translato, soli Imperatori paruisse, & vel coram ipsis Imperatoribus vel eorundem Missis sive Commissariis Cæsareis tantum conventos atque iudicatos fuisse.* Causas nimirum eorum pro causis majoribus ratione personarum habitas fuisse, de quibus extat expressa *Lex Caroli Imp. lib. II. LL. Longobard. tit. 45.* Adducitur hanc in rem locus ex *Gregorio Turonensi lib. III. cap. 44.* ubi Ludovicus Rex ait: *volumus atque iubemus, ut Missi nostri, (id est, speciales Commissarii) diligenter inquirant, quo liberi homines, (id est, Nobiles,) in singulis Comitatibus maneat &c.* Eximie autem huic facit oratio, quam Carolus M. habuisse refertur ad milites suos, cum exercitum debellatis Saxonibus & Longobardis, quibuscum diuturnum bellum gesserat, dimitteret; *Ite, inquit, milites mei, vos Heroës vocabimini, socii Regum, iudices criminum; Vivite posthac laboris expertes, consulite Regibus publico nomine, favete feminis, iuvate pupillos, consilio circumdate Principes, ab his victum, vestitum, stipendium accipite; si quis negaverit, inglorius, infamisque esto. Si quis injuriam vobis intulerit, reum se Majestatis agnoscat. Vos autem cavete, ne tantum decus, tantumque privilegium, justo bellorum labore partum, aut ebrietatis, aut scurrilitatis aut alio quovis vitio maculetis, ne, quod largimur vobis ad gloriam, redundet ad paenam,*



*pœnam, quam de vobis sumendam, si for-  
 san excefferitis, nobis & successoribus no-  
 stris Romanorum Regibus perpetuo reser-  
 vamus.* Unde patet, Nobiles atque potesta-  
 tem in eos reservatam domanium tunc constituif-  
 se; adeoque incumbere onus probandi statu-  
 entibus, fuiffè ab Imp. alienatos, atque in Du-  
 cum potestatem concessiffè. Militavit Ordo E-  
 questris unice Imperatori; adhæsit immediate  
 Cæsaribus, eorumque castra secutus, ipsos solum  
 pro superiore recognovit; ab iis in præmium  
 navatæ in bello operæ prædia accepit, atque in  
 iis continua libertate fruitus est, ita, ut, ubi per-  
 sona equestris domicilium sumeret, Teutonica  
 realis & personalis libertas quoque insequeretur;  
 quæ verba sunt Generos. Domini *Caspar. à Lerch,*  
 in Tractatu, cui titulum præscripsit: *Ordo Eque-  
 stris Germanicus Cæsareus part. I. n. 7. & 21.* A præ-  
 diis atque castellis, & Burgis, quibus vel guber-  
 nandis vel defendendis ab Imp. vel Rege fuere  
 præpositi, nomina sua acceperunt; quo spectat,  
 quod in Capitulis Synodi Dinguloviensis sancit-  
 tur: *Nobilis tamdiu equestris ordinis censeatur, quam-  
 diu beneficia & prædia Principis Regnique  
 possidet.* Sicut ergo, cum Duces, Marchiones &c.  
 adhuc Magistratus meros præsentarent, atque  
 officia sua ab Imp. recognoscerent, Ordo Eque-  
 stris ipsorum jurisdictionem haud agnoscebat,  
 immediate Imp. subjectus; ita post etiam, cum  
 potestatem sibi propriam vindicarent, in eadem  
 potestatem sibi propria libertate Nobiles fuerunt re-  
 liæti,



listi. Egregie hæc firmantur per Ordinationem à  
 Nobilitate Suevica A. C. MDLX. factam & ab  
 Imp. confirmatam, in cujus principio hæc leg-  
 untur: Wiewohl weyland unsere geliebte Vor-  
 dern seelige / und nun nach uhralten Rechten/  
 so die allerlöblichsten Römischen Kayser und Kö-  
 nig gegen uns mitrühmlich/ und wir hinwider un-  
 ter derselben Beherschung in unterthänigkeit her-  
 gebracht/ fürnemlich von dem an/ da das Kayser-  
 thumb auff die Teutsche Nation kommen/ dersel-  
 ben höchsten Cron/ umb sonderer Zierd/ der Be-  
 trangten Schut/ Schirm/ Beförderung der Ge-  
 rechtigkeit/ und mehrer erhaltung willen gleichmä-  
 ßiges Friedens zugewidmet/ Freye Reichs/ Ritz-  
 terliche Adels/ Personen/ die niemand/ dann als  
 lein und ohne alles mittel ihren Majestäten unter-  
 worffen und versprüchig / und sonsten aller hoher  
 und niedern Reichs- Stände und Krensen oblie-  
 gen/ Bürden/ Lasts/ Beschwerden/ Aufslag/ Ge-  
 bieth/ Sagung/ Ordnung/ Abschied/ jurisdiction  
 und Dienstbarkeit außgenommen/ gänglich exempt  
 und befreyet zc. Equidem objici possit, quod ad-  
 sertio Nobilium in causa propria parum ponderis  
 ad fidem faciendam habeat; verum, cum ab Imp.  
 Ferdinando I. & Maximiliano II. hæc Ordinatio  
 solenniter confirmata & tenore ejus confirmationi  
 insertus, & hæc omnia facta deprehendantur ex  
 certa scientia, deliberato consilio, & ex plenitu-  
 dine potestatis; censetur hoc ipsum adsertum ab  
 Imperatoria Majestate adoptatum, adeoque veri-  
 tas ejus solenniter agnita. Quin imo prostant li-  
 teræ Imp. Matthiæ dat. d. 27. Maj. MDCXV. ad  
 Nobilitatem Immediatam in universum, quibus  
 eadem



eadem adfertio disertis verbis continetur: Wann  
 ihr euch aber/ ait, gehorsamlich zu erinnern wisset/  
 daß ewere Vorfahren je und allezeit NB. so lang  
 unsere werthe teutsche Nation den Scepter  
 des Römischen Keyserthumbs erworben  
 und geführt/ mit getreuer devotion und erzei-  
 gung standhaft und Ritterlicher Dienste zu ih-  
 rem lob und nützen/ NB. von niemand anders/  
 dann von unsern Vorfahren am Reich  
 Christ: mildesten angedenkens von viel  
 hundert Jahren hero ohnmittelbaher de-  
 pendirt verblieben/ sich auch unter deren im-  
 medietat und protection wol befunden / Als  
 wollen wir zc.

Ad probandam in specie libertatem No-  
 bilium respectu Ducum Sueviæ novissime lo-  
 cum ex *Wippono in vita Conradi Salici pag. 435.*  
 adducit *Struv. in S. J. P. cap. 28. §. 3.* Inde, ait ille  
 de Imp. ad oppidum, quod *Ulma* vocatur, veniens &  
 colloquium publice conditum illic habuit. Huc *Dux*  
*Ernestus non voto supplice venit, confusus in multitudine*  
*militum, quos optimos habuit, ut vel secundum libi-*  
*tum cum Casare se pacaret, vel inde per potestatem*  
*rediret, & habito colloquio cum suis primum monuit*  
*eos fidei sacramentaliter promissæ, Debinc hortaba-*  
*tur eos, ne illum desererent, ne honorem suum perde-*  
*rent, non decere eos immemores fore, in historiis patrum*  
*semper Alemannos bonæ fidei & stabilitatis in dominis*  
*testimonium habere, & si sibi fidei forent, illis præmia,*  
*posteris eorum gloriam & honorem esse futurum. Ta-*  
*lia dicenti, duo Comites, Fridericus & Anselmus pro*  
*cæteris respondebant hoc modo: nolumus inficiari, quin*  
*vobis firmiter promitteremus contra omnes, præter eum,*  
 qui



qui nos vobis dedit; sin servi essemus Regis & Imperatoris nostri, & ab eo juri vestro mancipati, non nobis liceret, à vobis separari. Nunc vero, cum liberi simul & libertatis nostrae summum defensorem interea Regem & Imperatorem nostrum habeamus, ubi illum deserimus, libertatem nostram amittimus.

Equidem primo adspectu verba hæc, Ducibus imperium adscribere videntur, dum *Dux* Ernestus milites suos, & inter hos in primis Nobiles monuit fidei sacramentaliter præstitæ, atque, ut sibi fidi essent, ut *Domino suo*, hortatus est; nec illi inficerentur, quin firmiter promiserint (fidem scil.) contra omnes.

Verum laudatus *J. P. Auctor* hæc verba restringenda censet ad fidelitatem & servitia Vasallatica; unde vero nulla connexionis ratio ad subjectionem & obsequium, quod subditorum est; vid. *Consultiſſimus Dominus Præses de Statu Nobilitatis Immediatæ pag. 8.* Quin imo subsequentiæ verba diserte loquuntur *militum sive Nobilium libertatem* (à subjectione mediata) ac talem quidem libertatem, *cujus summum defensorem habeant Regem ac Imperatorem suum*; quibus verbis immediatam ab Imperatore dependentiam indigitari, cuius paulo diligentius attendenti facile fit manifestum.

Quod si hæc interpretatio haud arrideat, eò, quod Nobiles nostri non statim, nec omnes fuerint Vasalli; quid impedit, quo minus ita hunc locum exponamus, ut dicamus, milites sive Nobiles fuisse Duci, ut Duci sive Ductori exercitus.



tus adeoque ratione officij in bello subiectos, id quod respectu personæ illorum & alias haud obstat, quo minus habendi fuerint pro subditis Imp. sine medio obnoxiiis; quò & illud spectare videtur, quod profiteantur, *se ab Imp. Duci datos fuisse*, scil. ut ipsis in expeditione bellica præesset.

Sed videamus, quid hujus opinionis Patroni ad argumenta in contrarium supra proposita reponant; ad *primum* itaque de Valvasinis respondit jam Generos. ac Eruditissimus *Dominus de Gemmingen apud Besold. voc. Reichs-Stand in literis responsoriis ad dictum Doctorem directis* (1. Jus Feudale collectum ab Oberto de Orto & aliis potissimum continere Consuetudines tantum Longobardicas & Mediolanenses, & in plerisque nihil ad Germanos spectare. (2. Longobardos fuisse Saxones non Francos; habuisse has gentes diversissimas imo plane contrarias consuetudines; unde hodie adhuc differentes conspiciantur Vicariatus, quorum unì provinciæ *Juris Alemannici*, quod & Franconicum dicitur, alteri provinciæ *Juris Saxonici* in A. B. sint adsignatæ. Quid ergo ad Francos Jus Saxonicum vel Longobardicum, inprimis, cum Longobardi citra dubium post constitutum plane novum Imperium in Italia, pro commoditate novi illius Regni consuetudines suas hinc inde mutaverint? (3. Quamque Curiam feudalem suas proprias habere consuetudines, quibus deficientibus demum ad exoticas istas recurratur. Et quis unquam, ait (4. vel fando in hisce Regionibus audivit, nominari Valvaso-



vasores & Valvasinos ; sunt hæc antiquis pariter & recentioribus Politicis & Historicis Germanicis prorsus incognita. Indicetur vel unicus locus apud Scriptorem Rerum Germanicarum, ex quo constet, has voces titulosque sub Ottonibus Henricis vel Fridericis Imp. in usu fuisse. Addit (5. *Nobilis noster immediatus* optime, quodsi verum esset, definitionem Nobilium veram esse, quod sint Valvasini, qui à Valvasoribus investuntur ; tunc necessariò sequeretur, quod non sint Nobiles, qui non habent feuda à Valvasoribus, sed tantum ab Imperatore, aut mera bona allodialia ; quæ opinio jamdiu explosa & manifestò falsà est. Flueret porro inde, quod ante introducta jura Feudalia, & inprimis, antequam Valvasores, Duces nimirum & Comites hæreditarii existerent, nulli plane Nobiles fuerint, quod iterum oppidò falsum est. Jam enim Julii Cæsaris & Taciti temporibus infinita multitudo Nobilium in hisce terris reperiebatur, prouti ipse *Besoldus*, cui respondebat *Noster*, in tractatu *de Ordine Equestri* egregie probavit atque deduxit. Germani enim dividebantur in *Adelingos*, *Frilingos* & *Lassos*, & his proximos libertinos. Nobilium proinde maximum fuisse numerum, putat, uti hodie in Polonia. Francos, ait *Turonensis*, *lib. II. cap. 9.* tranfacto Rheno Thuringiam transmeasse, ibique Reges Crinitos (Pharamundum & posteros) super se creasse, NB. *de prima & Nobiliori sua familia*. Ergo jam Anno Christi CCCCXX. Nobiles Familiæ apud Francos erant, & quidem plures. Ubi autem tunc latitabant nomina Feudorum,



dorum, Vasallorum, Valvasinorum? nondum erant in rerum natura, ut puto. Imo, quod porro adjicit *Vir doctissimus*, inde deducendum foret, quod plures quingentis ex præcipuis Nobilitatis Immediatæ Familiis in tribus Classibus plane non sint Nobiles dicendæ; Probari enim posse; atque, si examinentur singula Stemmata, eorumque bona, patefcet, quod ante ducentos vel centum & quinquaginta annos (scripserat hæc circa medium sæculi superioris) omnia prædia (Castella, Arces) unde nomen suum gerunt (Alle Stammhäuser) allodialia fuerint; atque ab eo demum tempore, ob majorem protectionem acquirendam aliasque ob causas post tempora Rudolphi I. in feudum fuisse oblata. Sed & ex thesi *Cujaciana* consequeretur, quod si Princeps aut Comes, qui ab alio Valvasore, aut etiam à Valvasino, quem Nobilem esse dicunt, feudum acciperet, (qualia exempla adduci possent) statu suo ac dignitate excideret, atque ad Valvasinos, vel imò ad Rusticos usque detruderetur. *Vultejus* enim Barones & alios Nobiles Nobiliores (die vornembste åltteste Geschlechter) vocat Valvasores Majores, reliquos Nobiles Valvasores minores nominat, Valvasinos autem m putat ignobiles plane esse. In summa, nondum ad liquidum deductum est, quid fuerint proprie Valvasores Majores, Minores aut Valvasini; itaque *Cujacio* (cui consentit *Petrus de Andlo lib. II. cap. XII. fol. 117.*) in eo suffragari non possum, quod sive origo, sive definitio Nobilitatis primariæ vel inferioris, maxime in his terris à feudis dependeat; multo minus, quod Nostri Nobiles sint Valvasini, qui proprie non erant olim Vasalli,

I. F. I.



1. F. 1. Ita sane, pergit, multis Nobilibus, & mihi quoque ipsi facillime quæstio Status moveri possit; siquidem ante centum & quinquaginta annos Gemmingen, unde denominor, (das Stainshaus) adhuc Allodium erat; inde Episcopo Spirensi, & tandem Duci Wurtembergico in feudum oblatum. Ergo secundum doctrinam & principia *Cujacij* Episcopus Spirensis & Dux Wurtembergicus Majoribus Meis Nobilitatem dedissent, quam antea non habuerant. Imò nec hodie pro Nobilibus æstimari possemus per textum 2. *Feud.* 10. ibi: cœteri vero, qui ab antiquis (id est, ante conscriptos libros feudorum) temporibus beneficium non tenent, licet noviter à Capitaneis vel à Valvasoribus acquisiverint, plebeji nihilominus sunt. Hac ratione omnes Nobiles essent Rustici. Nec enim credo, ullum in hisce terris Nobilem tempore Friderici I. & Oberti de Orto prædium feudale possedisse. Ita quoque Comites Ottingenses alique, qui Comitatus suos jure allodii tenent, haud habendi essent pro Comitibus; ita, qui Comitatus suos ante centum vel ducentos annos demum aliis in feudum obtulere, tunc modo facti essent Comites. Imo hac ratione multi, imo vero omnes fere Principes jus haberent Comites creandi, quia de Comitibus quibusdam investiunt; aut, si adhuc hodie Valvasores possunt creare Valvasinos, concedendo ipsis feudum; tum quilibet Comes posset aliquem creare Nobilem S. R. I. immediatum, quod absurdum. Valeat ergo *Cujacius*; nec enim Jura Feudalia sive Consuetudines Longobardicæ



ad mores & observantiam Germanorum se semper patiuntur adplicari. Haecenus *Reinbardus de Gemmingen*, Eques sine exemplo eruditus, cujus verba latine versa integra hic apponenda eo censuimus magis, quo certius est, quicumque post eum de hac materia aliquid consignerunt, ex hoc fonte, quicquid scripserunt, unice hausisse.

Quod *alteram* dubitandi rationem attinet, illa nihil solidi infert; concedamus enim, de Ducatu in univcrsum Duces esse investitos; non tamen potuerunt comprehendi, qui immediate ab antiquo ab Imp. & Imp. dependebant. Applicanda nimirum huc venit distinctio inter territorium clausum & non clausum, quam licet aliqui plane rejiciant, haud tamen fundamento destitui arbitramur; quin cum *Menckenio dissert. de vi Superior. Territor. §. 3.* clausum definiri posse credimus, quod sit Universitas Domino Territorii, salva Imp. & Imperii potestate subiecta, propriis limitibus ita conclusa, ut intra eos plenissimus Landfasciatus obtineat, omnesque Vasalli regulariter sint simul subditi. Non clausum vero, quod sit Universitas Domino territorii subiecta, propriis limitibus ita non conclusa, ut intra eos plenissimus Landfasciatus observetur, nec Vasallagium cum subditi conditione regulariter cohæreat. In priori regulam admitto: *qui est in territorio, praesumitur etiam esse de territorio*; in territoriis vero non clausis huic axiomati locus non est. Equidem plures sunt, uti dictum, qui hanc territoriorum distinctionem penitus rejiciunt, tanquam nec in Constitutionibus Imperij nec in sana ratione fundatam; verum, si dicta modo ratione explicetur, funda-



fundamentum ejus utique manifestum est. Nemo sane negare poterit, dari in Imperio Provincias, quæ Domino uni ita parent, ut, quicumque in iis habitant, ejus sint subditi, sive nobiles sive ignobiles; dari vicissim alias, ubi unus quidem imperat, & provinciæ præest, atque inde etiam ut Dux e. g. denominatur, sed ita, ut alii tamen ibi reperiantur Domini, Comites e.g. aut Nobiles immediati, qui non dependent à Duce, sed Imp. ac Imperio immediate subsunt. Atque hi possunt dici *in territorio* esse, si *Geographice* rem consideremus, e. g. in Palatinatu; at, si *Politice* rem perpendamus, non sunt *de territorio*, id est, Comiti Palatino v. g. haud sunt subjeti. Fluit hæc distinctio ex divisione Terrarum Germaniæ in mediatas & immediatas; in illis conspicitur clausum territorium, in his non clausum. Neque obstat, quod novissime objicit *Struvius in S. J. P. cap. V. §. 5. quod non desint terræ, quæ olim immediate penitus, quæ tamen hodie ad immediata Territoria band referantur*, exemplo Palatinatum Provincialium. Respondetur enim, tum temporis, cum Palatinatus e. g. Saxoniam adhuc vigeret, & territorium immediatum constitueret, hæctenus Saxoniam dici potuisse territorium non clausum; postquam autem à Ducibus Saxoniam possidentur ac dependent terræ, quæ olim ad Palatinatum pertinebant, jam certum est, Saxoniam territorium clausum constituere. Differentiæ enim rationem non tollit, quod hæc qualitates successive eidem territorio inesse, atque, quod non clausum erat, clausum fieri, & quod clausum erat, non clausum fieri queat. De cætero nihil etiam absurdi inde fluit, si sta-



si statuamus, in Palatinatu e. g. qui territorium non clausum constituit, Comitem quendam habere posse territorium clausum: qua tamen præcipua ratio est, ob quam laudatus *Auctor* negat, connexionem inter divisionem terrarum in mediatas & immediatas, & distinctionem territorii clausi & non clausi.

Ad *tertium* de *judiciis Provincialibus* eo facilius est respondere, quo certius est, hæc ipsa Cæsarea fuisse ac immediata, atque ex his ipsis ad immedietatem terræ haud inidoneum desumi argumentum; siquidem in terris mediatis nulla, in terra Rhenensi, Francica & Suevica vero plurima talia judicia Cæsarea (*Kaiserliche Landgerichte*) reperiuntur, Hagenovienſe scil. Rothwilenſe, O-noldinum, Wurtzburgenſe &c. Sunt illa judicia quidem Imperij, sed, quia ipsorum jurisdictio ad certum saltem territorium restricta, particularia audiunt, dependebant olim à solo Imp. & juris-dictionem ab Imp. concessam in Status potissimum ac membra Imperii immediata exercebant. Equidem judicia talia Cæsarea & in terris mediatis antiquitus, cum jurisdictio Imp. etiam in mediatos se extenderet, erant; verum illa in Ducum Principumque venere potestatem, qui constituerunt *Landgerichte* / *Hoffgerichte* / adeoque qualitatem suam pristinam perdiderunt. In terris vero immediatis remanserunt judicia Imperialia, *Kaiserliche Landgerichte*. conf. *Datt de Pace Publ. lib. I. c. XVIII. n. 20*. Tale est iudicium Schwartzenſe in Comitatu Bregantino, Comitatus Maurſtettensſis, Schultzbacensſe, in Comi-  
tatu



tat Bregantino, Comitatus Maurfbettenfis, Schult-  
 bacenfe, in Comitatu Heiligenberg Oettingenfe,  
 Campidonenfe, Comitum Furftenbergenfium &  
 Montfortenfi, Stockacenfe, & Siffingenfe, Nel-  
 lenburgenfe Auftriacorum, quæ fingula judicia  
 olim Imperialia in Suevia, ac peculiaria à Cæfa-  
 ribus obtinuerant privilegia, coram quibus etiam  
 immediati poterant conveniri, quæ & facultatem  
 Banni habebant, licet Immediati fenfim fe iisdem  
 fubduxerint, ut faltem fierent Territorij. Plura  
 de his judiciis noviffime congeffit *Struv. S. J. P.*  
*cap. XXIV. §. 44. feqq.* Cum itaque judicia hæc  
 provincialia in Suevia & Franconia non ad Du-  
 ces pertinuerint, aut ab illis ibi iurifdictio vi fupe-  
 rioritatis territorialis exercita fuerit, aut ipforum  
 nomine jus & iuftitia adminiftrata; fed, quicquid  
 in iis actum, nomine Cæfareo actum fuerit; fa-  
 cile patet, Duces iftos non habuiffe, iurifdi-  
 ctionem & poteflatem in univerfam Franco-  
 niam & Sueviam, fed tantum hinc inde difperfas  
 certas particulas; adeoque neutiquam conclusum  
 territorium, ubi iurifdictio Majefatica vel quafi  
 ad univerfos provinciæ limites fe extendit. Facit  
 huc, quod ex *Ordinatione* antiqua iudicii *Rotbvi-*  
*lenfis*, (quod etiam mihi objicitur,) ipfa de Anno  
 MCXLVII. *in proem.* pateat, Conrado Duci Sue-  
 viæ poftea Imperatori, Comites Nobiles & Ci-  
 vitates Sueviæ non fuiffe fubjectos; dicitur enim  
 ibi de ipfo, er **zwang auch alle Fürften/ Graffen/  
 Edelknecht und Städt NB. die dem Heil. Reich  
 zugehören/** id eft, fubigere vi tentabat, qui Im-  
 perio (intellige immediate) fuberant, & ad illud  
 pertinebant. Nimirum, ut iterum rem expona-  
 mus



mus verbis doctissimi nostri Equitis *de Gemmingen*, erant potius Duces in Suevia, in Franconia, id est, in parte aliqua Sueviæ, Franconiæ & Comites Palatini ad partem Rheni, quam, ut totius provinciæ dici possent Domini. Nec movet in contrarium, ait, quod Duces Sueviæ & Franconiæ appellati fuerint; à denominatione enim non firmum ducitur argumentum. In Hispania & præcipue in Anglia, multi se Duces Comitesque denominant à terræ tractu, in quo vel partem vel nihil possident, ita, ut vel omnia vel fere omnia Regis sint; & hoc in Anglia communiter obtinet. Exemplum etiam habemus in *Betleberno Gabore*, qui titulo Principis Hungariæ ab Imperatore compellatus, inde tamen Dominus Hungariæ nequaquam exitit. Neque obstat, quod aliqua ex dictis judiciis Statibus quibusdam Imperij successu temporis fuerint tradita & commissa; id enim non alia ratione factum fuisse, intelligendum est, quam, ut iudices Provinciales hæreditarios agerent nomine Cæsaris, sicuti olim Comites Sultzenses, hodie filij ex defuncti ultimi Comitum filia primogenita Principi Schwartzenbergico nupta progeniti hoc charactere splendent in iudicio Rothwilenfi, ut audiant *Erb-Hoff-Richter zu Rothweil*.

Quod quartam objectionem attinet, nimirum, Comites quoque jurisdictionem in Nobiles, quorum terræ in Comitibus ipsorum erant sitæ, exercuisse; ad eam regerit Juris Publici Consultiſſimus *Eques Noster*, potuisse utique contigisse, ut Comites inter Nobiles jus dixerint; sed & vicissim



ciffim certum esse, fapius Nobiles Comitibus jus dixisse; utrumque autem factum fuisse per pro-rogationem partium. Cum enim tum temporis Judicium Camerale nondum esset introductum, atque Cæsares ut plurimum extra Imperium ver-sarentur, (ita, ut coram Judicio Aulico, quod lo-co certo nondum erat adfixum, sed Aulam & Cu-riam Imperialem sequi solebat, litigare, res expen-sarum & molestiarum plena esset) factum inde esse, ut Partes, inter quas controversia orta erat, quarerent, qui per arbitrium interpositum li-tem deciderent, ubicunque poterant. Profite-tur *Idem*, talia Acta plurima sibi in conspectum venisse, inter alia præcipue, causam maximi mo-menti inter Nobilem quendam de Remchingen & alium ex familia Gölerorum controversam con-cernentia; de qua dicti Equites in octo diversis locis diversis temporibus litigarunt sine effectu; usque dum tandem Imperator Dominum Geor-gium de Gemmingen Juris utriusque Doctorem & Præpositum in Ecclesia Cathedrali Spirensi constitueret judicem delegatum, quem vulgo *Commissarium* dicimus, qui denique rem per sen-tentiam definitivam plene decidit. Plerumque nimirum, qui *prætenfionem*, quam ita hodie no-minamus, contra alterum habebat, aut ab illo gra-vatum se sentiebat, tres adversario suo vel plures etiam Principes vel Comites &c. proponebat ac nominabat, petebatque ab eo, (cujus tenoris li-teras five epistolas se plurimas vidisse, ait) ut u-num ex iis eligeret, coram quo vel à quo jus sibi diceretur; (*er möge vor derselben einem Recht ley-den / nehmen / oder geben / uti formula habebat*)



quod si jam ille omnes recusabat, atque nullum ex iis pro iudice acceptare volebat; tum prior ille, qui electionem huic dederat, super hac re apud cognatos amicosque suos conquestus est, utque sibi auxiliarentur, atque se sociarent contra adversarium, expetiit, & tunc alterum *diffidabat*, uti tum loquebantur, id est, per clarigationem, five *Manifestum*, uti hodie dicimus, bellum ipsi privatum denunciabat; atque hæc genuina origo est Juris Manuarij (vulgò *Faust- oder Kolbenrecht*) & Juris Austregarum, quod hodie adhuc usum receptum videmus. Hactenus Generos. *Dominus de Gemmingen*. Quod exempla concernit Comitum, quorum jurisdictioni subjecti fuere Nobiles nostri vel adhuc esse dicuntur, provocat *Besoldus* ad documenta antiqua, quibus Landgravius Baarenfibus, nunc temporis Comitibus de Furstenberg, item Comitibus Hochbergenfibus, Comitibus de Helffenstein jurisdictione in Nobiles adscribatur, aut feudi titulo concessus sit districtus terræ e.g. mit aller Herrlichkeit sampt den Edelleuten/ und armen Leuten; primo quidem optandum esset, ut *originalia*, ut vulgo dicimus, *in forma* vel *copie* eorum *vidimata*, quibus integer tenor & contextus insertus esset, producerentur; quo casu citra dubium responsio suppeditaretur præcipue iis, quorum hic *interesse* specialiter versatur. *Secundo* nihil impedit, quò minus in literis investituræ, ubi tales formulæ occurrunt, vox *Herrlichkeit* respectu Nobilium explicetur de directo dominio feudorum dependentium ab illo Comitatu; adeoque restringenda hæc forent ad jurisdictionem feudalem, & Nobiles illos, qui feuda ista poss-



possidebant, consideratos qua Vasallos. *Antiquæ enim istæ scripturæ, ut iterum verbis Gemmingianis utamur, ita sunt intelligendæ, ne inde sequatur absurdus intellectus.* Fuit porro tertium olim hominum genus (**Sreyburger/ Geschlechter**) qui & ipsi *Nobiles* dici volebant, qui vero multis parangis ab *Immediatis*, de quibus nos agimus, distant; & hi forte sub voce *der Edelleut* designabantur. Sed & illud hic notandum, quod olim in Germania magna fuerit simplicitas hominum in concipiendis etiam investituræ literis, dum sæpe, quibus eæ dabantur consignandæ, formulis certis erant adstricti, quas ubique unas easdemque post adhibuerunt, sive casui & negotio, de quo agebatur, convenirent, sive non convenirent. Ita in libro Traditionum Fuldensium instrumenta magno in numero reperiri, testatur laudatum sæpius Nobilitatis S. R. I. *Immediatæ illustre Membrum*, in quibus omnibus & singulis, fluminum, rivorum, Molendinorum, hominum, servorum &c. fit mentio; cum tamen sæpius in loco, de quo quæstio, nec rivus, nec aliud quid tale reperitur, sed sæpius contractus concernat tantum exiguam Prati partem, aut aliud quid hujusmodi. Itaque facile potuit contingere, ut, qui in *Cancellaria Domini feudi* consignandis Investituræ literis erant præpositi, eandem in terris *immediatis*, & ubi *Nobiles* ab *Imp. & Imp. immediate* dependebant, in describendis rebus feudalibus, feudique accessoriis & *dependentiis*, ut hodie loquimur, adhibuerint formulam, qua usi fuerant in terris *Mediatis*, ubi Nobilitas est *Landsässica*, & *Domino Provincia immediate* subjecta. Cui rei vel



vel illud argumento esse poterit, quod tales literæ Investituræ nullum unquam quoad Nobilitatem S. R. I. immediatam effectum sortitæ fuerint; imo nunquam fuerint eidem editæ, ita, ut non, nisi longo tempore postquam datæ, demum in notitiam ejusdem venerint; cum tamen, si genuinum in iis jurisdictionis in Nobiles nostros fundamentum se habere credidissent possessores earum, ad eas citra dubium jam ab antiquo provocare haud neglexissent.

Quod denique *quinto* de Chlodovæo Magno propositum fuit, id equidem fidei historicæ omnino congruit; neque tamen & hic deficit Illustri Nostro *Gemmingio*, quod, & quidem cum ratione & fundamento, reponat; concedit equidem, multos illum imò omnes fere in terris devictis in servitutem redegeisse; unde origo & frequentia servorum in hisce regionibus deducenda. Verum, cum nec ipse Chlodovæus, nec ejus successores sine Nobilibus esse potuerint; eum sine dubio, ait, Nobilitati suæ è Francico sanguine & stemmate prognatæ, quam secum adduxerat, cujusque ope & auxilio provincias has devicit, subjugavitque; ut & aliis bene meritis Ducibus & Militibus suis insignem harum terrarum partem in præmium novatæ operæ per partes concessisse, ut hac ratione sudores eorum bellicos compensaret. Idque probabile est eum fecisse non tantum respectu militum gregariorum, sed potissimum etiam respectu præcipuorum, quique aliis in bello præerant; sicut id omni fere tempore ita fuit observatum, & fere quotidie adhuc à Summis Principibus observari videmus. Addit, sibi quidem



dem persuasum esse, quod aliqua ex Alemannica, eidem accedente Romana Nobilitate, sine mora Francorum genio tum ante, tum post victoriam, prout plerumque fieri solet, se accommodaverint, atque eorum favorem & ambierint & obtinuerint; adeoque hac ratione à Chlodovæo, ejusque successoribus id gratiæ adepti fuerint, ut in bonorum & libertatis suæ possessione una & juxta cum Francis relinquerentur; id quod & Capitularia vetera innuunt, quibus liberum cuique erat, declarare, quo jure vivere vellet. At non tamen dubitandum esse, quod Franci optima plurimaque bona immobilia ac fundos sive prædia, partim liberalitate Regum Victoriosorum, partim aliis sibi titulis acquisiverint. Quis autem sibi persuaderi pateretur, quod Franci, qui à libertate nomen suum deducunt, (unde proverbium natum: *freye Francken*) inprimis autem præcipui ex iis & Nobiliores, pro uno, duobus aut tribus forte exiguis pagis se alii, quam Imperatori, subjecerint, vel subicere voluerint; cum dulce sit nomen libertatis, & milites, inprimis Duces, post victoriam plerumque soleant esse insolentiores, quam alias. Probabile potius est, quod sub sui, haud ita pridem noviter electi, Regis Immediata jurisdictione manserint; quam, ut credi queat, ipsos, qui ante septuaginta circiter annos plane non habebant Dominum, jam citato cursu ex immediata dependentia, præcipue post tantam victoriam, se in mediatam subjectionem ultro præcipitasse.

Atque hætenus & illius sententiæ, quæ originem immediatæ Nobilitatis ab extinctione Ducum



cum, & illius, quæ ab origine translati in Francos, atque inde in Germanos Romani Imperij deducit, rationes & argumenta recensuimus; superest autem tertia, quæ ab officiis hæreditariis Episcopatum & aliarum Foundationum Ecclesiasticarum antiquarum originem Nobilium derivat. De hac ita, quem tantum non singulis hætenus pagis allegavimus, Nobilis Ordinis sui Equestris defensor: se compertum habere, ex præcipuis Nobilium & familiis præcellentibus constitutos fuisse Officiales hæreditarios potius, quam, ut è contrario statuatur, non-Nobilibus fuisse concessa officia hæreditaria, eosque inde demum Nobilitatem suam adeptos fuisse. Nobilitas, ait, ortum suum haud debet Clericis, aut officiis hæreditariis in aula eorum, sed longe antiquior est. Officiales illi hæreditarii sive Ministeriales, uti quidam vocant, non sunt nobilitati per officium; sed jam erant Nobiles, antequam fierent officiales; imò Nobiles Nobiliores, ut ita loquar, id est, ex antiquissimis & præ eminentibus familiis ad talia officia hæreditaria promovebantur, uti etiamnum hodie fit; exempla sunt in promptu. Atque, si Nobilium origo debetur demum officiis hæreditariis Episcoporum &c, quo ergo devenerunt omnes familiæ atque Nobiles, qui tempore Julij Cæsaris & Pharamundi vixerunt, quorum ingens erat numerus? An ergo illi nullos post se reliquerunt posteros, ut adeò necesse habuerint Episcopi, iterum tot novos creare Nobiles? Et, quis Episcopis potestatem nobilitandi concessit? Subjungit instantiam ex analogia Juris Publici: Episcopus, ait, Bambergensis omnes Electores seculares habet  
pro



pro officialibus, an ergo illos Electores constituit? Aut, anne ideo statuendum est, Electoratum eos suum originarie derivare debere ab Episcopo Bambergensi?

Tandem, ut mentem suam de origine Nobilitatis immediatæ plenius & dilucidius, in compendio tamen aperiat, subnectit: Nobiles in tribus classibus (in *denen dreyen Ritter-Größen*) in triplici vel quadruplici potius differentia esse. *Primi* nimirum quasi Aborigines à primis antiquissimis Germanis & Alemannis harum regionum incolis oriundi sunt. Nam & apud illos antiquissimos Germanos distinctiones Ordinum & ita Nobiles & ignobiles fuisse, *Tacitus, Casar, Athanasius ex Posidonio, Adamus Bremensis* & alii demonstrant. Qui *secundum* genus constituunt, descendunt à Romanis, qui Militibus suis & in Germania trans Rhenum prædia distribuerunt, sub conditione, si ipsi & hæredes ipsorum militarent, possidenda. Inter hos citra dubium fuerunt plures Centuriones, Tribuni, Equites Romani, imo, & ad paupertatem forte redacti Patricii, id est, Senatorum filii. Hi, postquam per seculum & amplius has regiones incoluissent, postea, cum Franci irruptionem facerent, dulcedine soli nativi illecti, ibidem substituerunt ac permanserunt; atque pariter (ut quidam ex primo genere Nobilium Aboriginum scil.) in tempore cum Francis Victoribus amicitiam coluerunt eorumque sibi favorem comparaverunt. Hi itaque non æque, prout alij, in servitutem redacti fuerunt.

*Tertia* Classis, quæ maximam partem constituit,

D



tuit, deducitur à Victoribus Francis, quæ gens liberrima semper fuit. *Quartam* constituunt Nobiles recentiores, qui scil. ab Impp. inde à Carolo M. ad hæc usque tempora nobilitati; qui tamen recentioribus temporibus vel acceperere Nobilitatem à Caesaribus vel adhuc hodie adipiscuntur, haud facile illicò in Matriculam recipiuntur.

Recentis hucusque opinionibus diversis, quas *Publicistæ*, quos ita appellamus, foverunt, nihil restat, quam, ut meum de iis iudicium aperiàm.

Id autem ita facturus sum, ut certis propositionibus rem omnem comprehendam.

Prima erit: *errare* omnino illos, qui *originem* immediatam in universum Nobilitatis *primævam* *exinctioni Ducum attribuiunt*. Præterquam enim, quod hucusq; probatum, ni fallor, dederim, Ducibus, cum adhuc Ducatus in suo vigore esset, in his terris tamen haud fuisse subiectos Nobiles ut subditos; licet forte Vasallagij aut officij alicujus vel ministerii vinculo plures iis adstricti fuerint. Certum saltem est, quod illi, qui cum Francis Victoribus in has terras pervenerunt, atque sedes suas ibi, volente ita Regis Munificentia, stabiliverunt, in sua libertate ac immedietate permanerint; à quibus plures descendisse ad hunc usque diem Nobilium Familias, haud est improbabile. Quod si porro omnes *Immediati* Nobiles ex interitu demum Ducum ortum suum deducere necesse haberent, quid ergo dicendū foret de Nobilibus Rhenensibus, quæ terra Rhenensis citra dubium semper fuit terra *immediata*, solius Imp. agnoscens potestatem; unde, sicuti Episcopi, Comites, &c. ita etiam Nobiles in terra Rhenensi viventes ab Imperatore quoque



que dependebant immediate. Objicitur equidem, terram Rhenensem partim subfuisse Comitum Franconicorum familiis, partim à Ducibus & Landgraviis Alfatiae dependisse. Verum hoc ipsum adeò non destruit, quod posuimus, ut potius inde firmetur adfertio nostra. Hoc enim ipso, quod partem Tractus Rhenensis Comites, partem Landgravij habuerunt, & ita quidem habuerunt, ut hoc nomine non dependerent à Duce aliquo, aut Comite Palatino, sed immediate à Rege, manifestum est; has terras nunquam constituisse territorium clausum, sed in plures particulas fuisse discerptas, quarum una erat penes Episcopum, altera penes Abbatem, tertia penes Comitem &c. Quidni ergo idem de Nobilibus dicendum esset, qui ibi pagos, arces & prædia sua sita habebant, Comitibus Palatinis haud alio, quam Vassallorum forte aut officialium, titulo devincti? De antiquis Comitibus ad Rhenum, ait *Gemmingius* Noster, apertum manifestumque est, quod ante quadringentos annos (resp. temporis, quo hæc scripserat) nullas plane terras supra Bacheracum habuerint, cum tamen jam infra Bacheracum nihil amplius possideant; unde patet, nunquam eos totum, quem ita Geographice appellamus, Palatinatum possedisse, sed modo hic aliquam partem, modo alibi; ita, ut intermixta fuerint territoria Episcoporum, Principum, Abbatum, Comitum, & Nobilium Nostrorum, singula ab Imperio immediate dependentia. Dico: & *Nobilium nostrorum*; hos enim & quoad personam suam, & quoad bona plurima, inprimis quoad jurisdictionem in pagis suis potuisse dependere & de-



pendisse immediate ab Imp. & Imp. & potuisse simul, aliqua à Comitibus Palatinis titulo feudii accepisse, & Vasallagii jure tenere, nihil absurdi est aut contradictorii, vid. *Consult. Dn. Praeses de Nobil. Immed. pag. 6. seqq.*

Cæterum ex iis, quæ hæcenus de immedietate Terræ Rhenensis dicta sunt, male videtur concludere *Struv. S. J. P. dissert. XXVIII. §. 3.* quod primi & antiquissimi apud Germanos sint Nobiles Rhenenses; cum in Suevia & Franconia æque possint esse familiæ, quæ originem suam ab antiquissimo atque illo tempore trahant, quo Imperium Romanum ad Francos primo, inde ad Germanos pervenit; atq; ipse *Struvius* concedat, quod utraque modo dicta Provincia olim sub sisc. Regio fuerit, & non obstante, quod in Suevia Ducatus fuerit, tamen Nobiles ibidem, excepto nexu Vasallatico, libertatem suam etiam Ducum tempore conservaverint.

Secunda: Non negandum tamen videtur, plures forte ex Nobilibus familiis vel *Philippo Suevorum Ducis, vel Interregni temporibus* suam immedietatem bonorum ratione debere. Id enim certum est, *Philippum, cum non haberet pecunias, quibus salaria sive solda præberet militibus, primum cepisse distrabere prædia, quæ pater suus Fridericus Imp. late acquiserat in Alemannia, ita, ut cuilibet Baroni sive Ministeriali villas, seu prædia rusticana vel Ecclesias sibi contiguas obligaret, referente hoc Abbate Urspergensis pag. m. 324.* Quod vero *Struv. d. l.* addit, ita Nobiles pleraque quidem *domania adeptos, superioritatem tamen Suevia Ducum adhuc agnovisse*; id ulteriori disquisitione opus habere videtur. Aut enim hoc intelligit ratione per-

sona.



*sonarum*, aut *ratione bonorum*, quæ à Philippo primo quidem pignoris loco, post autem vero acquirendi titulo videntur acquisivisse. Si prius, demonstrandum ante omnia est, quod illam superioritatem Duces in Nobiles, de quibus agimus, exercuerint antea, quod per supra deducta negamus; si posterius, sane eo modo & jure censiendi sunt Nobiles acquirentes possedisse ea prædialia, quæ Philippus Dux Sueviæ in ipsos transtulit, quo modo ac jure transferens ea possedit; atqui vero ille non nisi cum immediata ab Imp. & Imp. dependentia ea possedit, Ergo & illi, qui in possessione horum prædiorum ex ipsius voluntate successerunt, eodem ea jure habuisse censiendi sunt, utique, nisi constet, clausulam aliquam reservatoriam contractibus fuisse adjectam; id quod verò, uti res quæ facti est, venit legali ratione demonstrandum. Equidem *Urspergensis* addit; sicque factum est, ut nihil sibi remaneret præter inane *nomen dominiæ terræ*; verum illud commode explicari poterit de supereminenti dominio; quod Imperatori & Imperio in his terris competere & tacite etiam reservatum fuisse merito credendum fuit.

Interregni vero tempore, quin plures, qui forte non æque, ac alii immediati, sed Ducibus Sueviæ peculiari nexu adstricti fuerunt, se ab hoc vinculo, occasione ita ferente, liberaverint, eò minus videtur dubium, quo certius est, omnes Imperij Status sibi tum temporis commendatum habuisse proverbium:

*Fronte capillata est, post hæc occasio calva.*

Erat isthoc tempore turbulentissimus in Imperio



Romano-Germanico Status; dissidentes inter se Electores; belligerantes Principes; diffidationum omnia plena; justitia nullibi administrabatur; præ armorum ubique strepitu Leges nullæ poterant exaudiri. Itaque non est mirandum, quod ad exemplum aliorum & potentiorum Imperii Statuum & Nostri S. R. I. Equites sibi vigilaverint, atque in turbido juxta cum aliis piscari omni ope annisi fuerint. Ut adeo incrementum Nobilitatis Immediatæ & quoad personarum numerum, & quoad jurium exaltationem si quis huic ævo adscribere velit, me non habiturus sit adversarium; habiturus autem omnino sit, si primos Immediatæ Nobilitatis natales ad hanc temporis epocham referre velit.

III. *Fundamento non destituuntur, qui statuant, plurimas ex Nobilitate Immediata familias natales suos vel Romanis, vel Francis debere.* Cum enim Romani in provinciis Germaniæ limitaneis bella subinde gesserint, atque non exiguam quoque terrarum partem sub Imperium suum redegerint; admodum probabile est, eos ibi stabilivisse, qui in obsequio devictos continerent; qui postea, ubi ad Francos summa potestas devolvebatur, dulcedine soli allesti sedes semel constitutas derelinquere noluerunt, præcipue, cum libertatem suam ac privilegia confirmata viderent. Est enim id Principibus vel hodie adhuc solenne, ut in provincia etiam devicta, illos tamen in peculiarem considerationem trahant, quorum Majores virtute inprimis bellica genti ac familiæ suæ Nobilitatis decus acquisiverunt. De Francis autem eò minus dubitandum est, nobiliores in his terris fixas  
con-



constituiffe fedes, quo magis ipsorum intererat, ut & militibus bene meritis prædia distribuerent, & noviter devictos per suos in officio continerent.

IV. *Tempore Carolingorum Nobiles nostri citra omne dubium immediati fuerunt; itaque eò usque censendum est eos permanfisse in hac sine medio dependentia, usque dum legitime demonstretur mutatio.* Axioma generaliter apud Jctos receptum est, quod pro antiquo Statu & ejus duratione militet præsumptio, adeoque onus probandi incumbat contrarium adferenti. Etiamfi porro negari nequeat, Duces postea fuiffie in Suevia & Franconia constitutos; tamen nondum probatum est, Nobiles ipsorum potestati fuiffie subiectos; quin imo contrarium, & quod potius Duces in Franconia & Suevia fuerint, quam veri Duces integræ provincie clausum territorium possidentes, pluribus supra demonstratum est. Dependenciam aliquam Nobilium militantium à Duce ut Duce jam supra concessimus, verum illa statui personæ & bonorum alias immediato plane non præjudicat; ponamus Nobilem immediatum aliquem vexillationi Principis alicujus nomen dare, obligatus sane erit ad obsequium Principi in expeditione bellica & quoad negotia militaria exhibendum; an vero ideo dicendus erit ex Immediato Nobili factus esse mediatus? An alibi quam coram Directorio Nobilitatis & inde coram Judicio Aulico vel Camera Imperiali conveniendus erit?

V. *Quod dictum est hæctenus de originaria Immedietate Nobilitatis, id ad alios Germaniæ Nobiles Landsässios non pertinere censemus; etiamfi enim sint, qui*



qui statuant, omnes omnino in Germania Nobiles ab initio fuisse immediatos, ego tamen id non defendam; non quidem; quasi vererer, hac ratione me criminis *Grumbachiani* reum fore, quod novissime J. P. Auctor quidam existimat; nec enim sequeretur, fuerunt Nobiles e. g. in Saxonia immediati, Ergo Landsalliatum à se amovere, atque potestati Ducum se de facto subtrahere possunt; sed, quoniam revera existimo, originem immedietatis ex distinctione terrarum in mediatas ac immediatas deduci posse; non obstantibus iis, quæ *Coccejo* hinc inde contra hanc sententiam objiciuntur, ad quæ in conflictu respondere conabor. Pergendum enim jam videtur ad

I I.

*de Superioritate Territoriali  
Nobilium Immediatorum.*



Hanc Nobilibus nostris uti plures ex Juris Publici Doctoribus attribuunt; ita *Consultissimus Dominus Præses in dissert. IV. de Statu Nobilitatis Immediatæ* pluribus argumentis ivit vindicatum; quæ huc repetere animus non est; verum, cum novissime *Anonymus* quidam in dem so genannten vorläufigen doch gründlichen Bericht vom Adel in Teutschland/ pag. 129. seqq. novas quasdam pro contraria opinione adducat vel adducere sibi videatur rationes ac instantias; de earum fundamento

imp

mento



mento ac soliditate paulo plenius dispiciemus. Definit ille Superioritatem Territoriale[m], quod sit sublime & Regium jus Territorii, jus Principatus, jus inferioris Majestatis vel jus & potestas summi post Imperatorem Imperij & dominatus, sublimi Regiaque jurisdictionis lege sub nomine & qualitate der *Lands-Obrigkeit* concessa vel legitime quaesita, regulariter in omnes territorio inclusos ordinario & proprio Marte competens, cum *Mingio de Superioritate Territoriali cap. 1. num. 8. & 7.* Atque hanc dicit esse superioritatem territorialem *formaliter ita dictam*, qua Nobilibus nostris haud competat, licet multa *jura particularia* ex ea per concessionem & conniventiam Imperatoriam adepti fuerint. Illustranda rei addit simile: militem, ait, pugnare quidem contra hostem; at jus tamen inde belli publici & solennis formaliter non habere; hoc enim semper, non obstante, quod miles pugnet & militet, penes Principem remanere; ita etiam in privatum Superioritatem Territoriale[m] ut jus Majestaticum non cadere; cum hoc ipsum contradictionem in adjecto involvat. Pugnare cum recta ratione, ut privatus in Rep. qui forte aliquos pagos immediatos, aut unicum forte praedium possidet, in eo Majestatem saltem analogam habere dicatur. Esse autem Nobiles pro privatis habendos, vel ex judicio Camerae Imperialis patere; hanc enim in praedictis vel decisionibus apud *Gylnannum Tom. 3. Symphorem. sub voce: Nobilium Nobili* Immediato ex hac ratione, quod sit *Privatus*, adjudicasse jus recipiendi Judaeos; atque, licet aliqui opponant; haec tantum esse verba in libello supplici

E



plici contenta, quod & verum esse posset; tamen Augustum hoc iudicium Mandatum suum non in hoc puncto fundasset; nisi rationem supplicantis pro solida & concludente cognovisset. Nimirum Status Imperij extra sortem privatorum positi conspiciuntur, quoniam ab Imp. in consortium sollicitudinis & curæ Imperij ita recipiuntur, ut maximi momenti negotia Imperium concernentia cum iis consulentur & decidentur per R. J. de A. 1495. Tit. *Handhabung des Landesfriedens* / S. fin. ibi: *und getrewlich gehorsamlich helfen handhaben / schützen und schirmen* &c. & R. J. de A. 1548. S. 19. ibi: *wider den oder dieselben sollen und wollen wir und gemeine Stände einander trewlich Rathe / Hülff und Beystand thun* &c. Atque hoc intuitu omnes alia personæ in Imperio resp. Statuum Imp. pro privatis habendæ, etiamsi officia amplissima exercent, unde *Plinius lib. II. Epist. 2.* de Consulibus sui temporis, quoniam non amplius regni sive regiminis negotiis intererant, bene ac prudenter iudicat; *Virginus*, ait, *Rufus perfunctus est tertio Consulatu, ut summum fastigium privati hominis impleret*; quamvis huiusmodi Magistratus respectu aliorum, qui nulla plane dignitate gaudent, utique haud pro privatis censendi veniant; *Casaub. in not. ad Vopisci Aurelium pag. 234.* Atque in hoc posteriori sensu apud Romanos Pagani, ut Privati, contradistinguebantur militibus, uti *Lamprius de Alexandro Severo refert cap. 58.* Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis Ducibus & Militibus donavit, ita, ut eorum ita essent, si hæredes



des eorum militarent, nec unquam ad Privatos pertinerent; quæ bona cum feudis aliquam similitudinem habebant, v. *Gothofredi Notas ad l. i. Cod. Theod. de Terris limitaneis*. Unde concludit, quod jura illa, quæ tam Corpora Nobilitatis integra, quam membra in conclusis suis territoriis habent, quæque alias ex Superioritate Territoriali proveniunt, ab ipsis non jure proprio & proprio Martæ, quæ formula est supra allegati *Mingij*, sed ex specialiter concessis privilegiis, investituris Statuum Imperij, aut conniventia Imp. Romanorum exerceantur; Adducitque hanc in rem verba *Lynskeri in Tractatu de Superioritate Territoriali*, qui Superioritatem territorio inditam Axioma Status consecutivum statuit, ita, ut qualitas Status *die Reichs-Standschafft* non quidem causam Superioritatis, sed tamen ejus conditionem sine qua non constituat. Verumenim vero hanc hypothesein rectius videntur alij negare, ex rationibus in *dicta dissertatione Consultissimi Domini Præsidis pag. 98. seqq.* expositis. Quibus addere hic licebit, quod, si præcisè qualitas Status & actuale exercitium juris suffragij in Comitibus ad id requireretur, ut in ditione aliqua Superioritatem Territorialem quis habere possit; sequeretur e. gr. Electorem Saxonie superioritatem territorialem in Misnia non habere; ratione enim Misnie votum non habet in Comitibus, adeoque ex principiis *Anonymi nostri Adversarij* conditionem privati habet. Quò & alia exempla pertinent eorum, qui ratione certorum territoriorum nova in Comitibus vota & suffragia quarunt; & licet nondum ea obtine-



tinuerint, nec etiam eos facile obtenturos esse probabile sit; citra omnem tamen controversiam in iis superioritatem territorialem exercent. Nimirum duplex Statuum Imperij Romano - Germanici potestas studiose ab invicem distinguenda venit; una, quam habent in rebus ad universum Imperium pertinentibus; altera, quam quilibet Princeps aut alius Imperij Status exercet in suo territorio adversus eos, qui ipsi sunt subiecti; quod si jam inter hæc connexio necessaria statuenda esset; potius territorium dicendum foret fundare suffragium, quam ut hoc diceretur fundamentum prioris. Concedit ipse *Lynckerus, superioritatem directo ad Universitatis imperium non pertinere, sed ad terram particularem*; quidni ergo huic locus erit, etiamsi quis in rebus universum imperium spectantibus voto & suffragio suo actu haud concurrat. Addit equidem, *pertinere tamen suo modo ad Universitatem Imperij, non potestatis sed terrarum Imperij, quæ ex illis regionibus Statuum fere tota conficitur*; sed anne inde sequitur, ergo sine actuali suffragio in Comitibus nemo potest habere superioritatem territorialem? Terra, quas Nobiles Immediati ab Imp. ex. gr. & Imperio tenent, utique terras Imperij constituunt, &, cum nulli Principi aut Statui sint subiectæ, neque etiam Imp. & Imp. eas aliter gubernent, quam alias terras Principibus & Statibus subiectas; quid aliud judicandum restat, quam, Majestatem in has terras Imp. quidem & Imperio competere; sed potestatem dependentem, quam Majestatem analogam vocare solemus, ab ipsis Nobilibus exerceri, & quidem jure à nemine alio, quam ab Imp. ut capite



capite & universa Imperij compage dependente. Nimirum immedietatis effectus esse videtur Superioritas territorialis, potius quam, ut qualitatem Status prærequirat, quod prolixè probatur in dicta dissertatione pag. 94. seqq. ita, ut & persona supponatur immediate subjecta Imp. & Imp. & terra quoque immediate ab his dependeat. Neque obstat, quod objicitur: *si quis Princeps v. c. Landsassum in immedietatem dimittat, eique præfecturam conferat, sibi retento solum dominij directi jure; immediatum quidem hunc talem fore & exemptum (modo Imperio onera debita ex illa præfectura porro exsolvantur) habiturum enim esse jura omnia, quibus Princeps vi superioritatis ibidem usus fuit. Sed hæc non amplius fore superioritatis, licet Regio justam magnitudinem, quæ statum decere possit, habeat; præterquam, si Dominus illius in conditionem Statuum Imperij suscipiatur; id quod fieri, nisi Cæsaris auspiciis, non potest.* Respondetur enim primo, jura tamen realia ipsum revera habiturum & exerciturum esse, quæ alij in territoriis suis exercent; adeoque inanem fore controversiam de voce & titulo; tunc illi etiam, qui possessores tantum sunt pagorum Nobilium (*Ädelicher Dorfschafften Zimhaber*) in effectu & reapse eandem in illis potestatem exercent, quam ipsi Nobiles, licet voto & suffragio in Dietis Nobilium auff den Rittertågen non æque gaudeant; Quid ergo, si abstrahamus à vocabulo, & dicamus, rem tamen ipsam Nobiles nostros habere? Sicut multæ sunt Respublicæ independentes, quibus titulus Majestatis haud tribuitur, res ipsa tamen & potestas summa citra ullius contradictionem omnino competit. *Secundo, supponamus, talem*



*Landsässium* è Landsässiatu dimissum à Nobilitate Imperij Immediata aut aliqua ejus classe in Matri- culam consortium & societatem recipi; quid im- pediet, quò minus citra qualitatem Status Impe- rij actualis gubernet territorium suum, ita, ut in gubernando & regimine suo LL. Imperij universa- libus convenienter gerat; quæ est ipsissima Su- perioritatis territorialis descriptio? Non ergo Cæsaris auspiciis hic opus est, nec conditione Sta- tus; sed sufficit, quod Nobil. Immed. ipsum in corpus suum Politicum suscipiat, adeoque hæc- tenus ex consortio privatorum hominum eum ex- imat.

Id enim tolerari non potest, quod *Anonymus* noster fundamenti loco in controversia isthac ubique supponit, *privatis* hominibus tantum No- biles Nostros venire accensendos; gavisi olim sunt in Comitibus suffragio, id quod propediem amplius & ex professo contra objecta Anonymi defendet ac demonstrabit *Consultissimus Dominus Præses*; neque vero id iis ademptum fuit, sed ipsi ultro emanere ob rationes in dissertationibus de Nob. Immed. à *Domino Præsede* deductas. Atque, licet hodie non amplius compareant in diæti Im- perij, solet tamen in rebus magni momenti separ- atim cum iis & publico nomine agi; solet ipso- rum in Pacis Instrumentis, Capitulationibus, LL. fundamentalibus fieri singularis mentio, tanquam Ordinis in Imperio separati & privilegiati, qui Nobile ejusdem membrum constituit. Quod si eos consideremus in respectu ad terras & ditio- nes, quas possident; deprehendimus, iis attribui æque ac Statibus aliis, *Macht und Gewalt* / Re- galia



galia und Obrigkeiten / Gottmäſigkeit und jurisdiction, Landsaſſen/ ohne Mittel unterworffene Untertthanen/ vid. *Capitulationes Leopoldi, Joſepbi, Caroli VI. art. 3. & 7.* Videmus, eos referri inter *Dominos Territorij*, unter die Lands-Obrigkeiten in *Capitulationibus Imperatoris art. 26.* quæ formulæ utrum *privatorum* hominum & mere ſubditorum conditionem ſapiant, unicuique dijudicandum relinquo.

Quod porro *Anonymus* circa originem jurium, quæ Nobiles habent, annotat, ea nimirum privilegii, investituræ, & conniventia Imp. debent; id parum ad rem facit, cum ipſa quoque Statuum, quos ita eminenter dicimus, jura non ſimul ac ſemel ab iis acquiſita, ſed partite in vim privilegij vel titulo feudi aliove ab Imp. conceſſa fuerint; ita, ut ex pluribus ſingularibus paulatim *Totum illud poteſtativum*, quod hodie *Superioritatis* titulo inſignimus, excreverit; Quin ipſis etiam Electoribus plurima jura prærogativa deprehendimus à Carolo IV. in A. B. ſingulariter vel conceſſa vel confirmata, quæ tamen hodie non ab iis tantum, ſed à quibuſvis aliis jure Superioritatis exercentur. Quod ſi ergo modus acquirendi originarius, quo ſingula jura pedetentim ſibi comparavere Principes, haud obſtat, quo minus ea junctim ſub titulo Majeſtatis Analogæ hodie & poſſideant, & exercent; quare id Nobilibus noſtris impedimento erit?

\* At, regerit *Anonymus*, *hi non proprio jure, non proprio Marte jura ſua exercent*; verum ſcire ego vellem, cujus ergo nomine, aut cujus Marte ea exercent, an Imp. & Imp. Ergo nudi eſſent Magiſtra-



gistratus, an domini feudalis nomine; ubi ergo dominium Vasallorum utile? an ex sola conniventia Imp. Sequeretur ergo Imp. iis jura sua pro lubitu adimere posse? quæ omnia quam absurdum sint, manifestum est. Sane conniventia negligentia oscitantia Imp. debent Principes, Duces, Comites, quod, cum nudi olim essent Magistratus, propriam inde potestatem atque hereditariam sibi vindicaverint; an ideo dicemus hodie conniventia Imperatoris jura sua in acceptis ferre. Non arbitrator.

Unicum adhuc observare liceat, quod *Anonymo* nostro displiceat, quod *Hertius*, quem doctum tamen alias *Jctum* deprædicat, principium in quaestione nostra posuerit: *morales res non melius, quam ex operationibus cognosci posse*; atque inde decucat, Nobiles immediatos, cum omnia jura territorialia exercent & in Capitulationibus, Instrumentis Pacis, & Constitutionibus Imperii cum Statibus sæpius jungantur, etiam superioritatem territorialem habere. Insigniter hic *eum* errare judicat; Regulam enim primo ipsam haud firmo stare talo; id quod per instantiam probare nititur: Regum, ait, Christianorum & Rerumpublicarum Gubernatores Generales in America & India Orientali pro lubitu & arbitrio, atque citra speciale mandatum bellum vicinis indicere, atque cum iis iterum pacem sancire posse, atque omnia ea facere, qua summis Principibus competunt, inde tamen haud sequi; exercent omnia jura Regia, Ergo habent potestatem Regiam formaliter talem & ex se. Verum, quis non videt, incongruam plane comparationem institui inter eos,



eos, qui non nisi dependentem, & quæ *Magistratus* meri est, potestatem habent, alieno, ut à Vicariis, jure & nomine exercendam, & Nobiles nostros, qui in pagis & oppidis suis exercent ihre *Landeshohe Obrigkeit* / ihre *Hoch-Adeliche Dorff-Obrigkeit* / quiq; ab ipsis *Impp. inter dominos territorij* computantur. Officium Gubernatoris, etiam si cum liberrima etiam potestate conjunctum, ad nutum tamen & arbitrium Regis est revocabile; anne idem dici potest de potestate Nobilium in territoriis suis? Non arbitror, nisi forte statuere velimus, ipsos in regimine suo ab *Imp. & Imp.* dependere, ut *Sculteti* in pagis ab ipsismet dependent; quod vero nemini adhucdum inter *J. P.* Doctores in mentem venit. Quicquid juris exercent, proprio nomine exercent, non alieno; & cujus, quaeso, nomine id facerent? Patet itaque, per hanc instantiam veritatem dicti Axiomatis non destrui; præcipue, si operationes plane sint similes, uti sane in Nobilibus perspicitur æqualis operandi modus quoad regimen pagorum & territorij, qui in regimine Statuum deprehenditur. Quod si objiatur defectus exercitii omnium jurium integantium; jam sane multis Statibus superioritas territorialis esset deneganda, qui multa jura, quæ ad Majestatem adeoque etiam ad superioritatem territorialem omnino pertinent, & communiter referuntur, non exercent, vel, quod territorij conditio id non ferat, e. g. ubi nullæ metalli fodinæ, vel, quod virium imbecillitas naturalis id non permittat, quo tamen ipso facultati morali nullum creatur præjudicium. Verum sub-  
 jiciamus &



III.

*De voce Nobilium, an &  
qua ratione Nobilitati Im-  
mediatæ tributa le-  
gatur.*

**P**Lures sunt Doctores, & inter eos *Anonymus* noster, qui statuunt, sæculo demum XV. circa finem aut ab initio sæculi XVI. quam hodie Nobilitatem immediatam dicimus, die *Ritterschafft* / inter *Nobiles* tam in Actis Publicis, quam ab antiquis Historicis, & quidem rarius, computatam fuisse; antea autem hoc termino juxta cum Principibus tantum Comites & Barones fuisse denotatos, quippe qui *Nobilitatem* per excellentiam dictam sive *superiorem* clauderant; inferiores autem tantum *Militum* nomine fuisse designatos. Verum enimvero, cum ipse distinguat Nobilitatem in superiorem & inferiorem, fateatur necesse est, qui priori adjiciuntur, fuisse saltem *Nobiles*; licet in gradu minus excellenti, der niedere Adel est tamen Adel. Vox porro *militum* apud Romanos quidem notabat militem mercede conductum, cui salarium præbebatur in annona *tt. Cod. de erogatione annonæ militaris*; apud Germanos autem *equitem* notabat ex stylo Romano, id est, revera *Nobiles*,  
den



den teuffchen Adel / uti noviffime probat *Ludwig ad A. B. Tom. II. pag. 371.* cum in medio ævo plane non in ufu fuerit vocabulum *equitis* eo in fenfu, quo hodie accipitur, vor einen Ritter / fed tantum notaverit einen Reuter / *Id. Tom. I. pag. 85.* quid E. intereft, utrum ipfa *Nobilium* appellatione, an vero nomine æquipollenti, quod ex ufu Germaniæ Nobilitatem importat, compellentur? Etfi porro non negemus, Nobilium titulum fæpiſſime in medio ævo fuiſſe Comitibus ſtylo Curia tributum; in multis tamen locis de illis explicari nequit; quod ſi enim Electores e. g. Principes, Comites, Barones ſpecificè enumerentur; anne tunc prius ſingillatim enumerati rurfus hac voce venient? Hoc ſane regulis interpretandi & axiomati parum conveniet, quo in diplomatibus nullum verbum otioſum poſitum præſumitur, ſed ita exponenda illa cenſentur, ut quæque vox ſuam efficaciam habeat. Agnoſcit hoc ipſum *Anonymus* in alio loco, dum *pag. 71.* in expoſitione A. B. ita ratiocinatur; poſt *Nobiles* ponuntur *Milites*; ergo hæc vox alias indigitat perſonas, quam prior innuerat; wie dann auch ait nach denen Nobilibus erſt milites geſetzt werden / welches ohnz möglich gewefen wäre / wann dieſe unter ſolchem Wort ſchon verſtanden würden. Eadem ratione mihi licebit argumentari: Die Nobiles werden nach denen Fürſten / Graffen / Baronen geſetzt / E. werden nicht die Graffen und Baronen / ſondern andere verſtanden. Verum, quod ipſam A. B. explicationem attinet, obſervandum eſt, quod in *Tit. 1. §. 2.* ubi de conductu Electorum agitur, viciffim milites præponantur




nobilibus, ita, ut per priores die Ritter / per posteriores die Edelleut intelligi censeantur; saltem id clarum est, hic voce *Nobilium* haud designari Nobilitatem, quam dicimus, superiorem. Ceterum observantiae Imperiali contrarium esse, ut nobiles militibus praependantur; unde singulare quid esse contendit *Ludwig ad Auream Bullam Tom. I. pag. 83.* quod in *sequenti §.* formula legatur: omnes quidem Principes & Comites, Barones, *Nobiles, Milites & Clientes.* Atque ideo vocem *Nobilium* adjectivè construit cum voce militum, ita, ut sensus hic sit: *milites & clientes praesent conductum, sive illi nobiles sint sive ignobiles.* Nimirum in mediæ aevi diplomatibus saepissime occurrit formula: *miles nobilis, nobilis miles,* etc. edler Ritter; unde probabile est, non omnes milites fuisse Nobiles; prouti e. g. hodie adhuc regulam habemus, quod feudi nobilis possessio non nobilitet; atque hinc Carolum IV. Imp. necessarium duxisse, ut & ignobilium militum faceret mentionem. Non enim tantum equitatus hac voce militum insigniebatur, qui antiquo tempore ex familiis nobilibus constare debebat, unde phrasis usitata: *miles nobilis;* sed & pedites comprehendebantur, qui ex civico & rustico hominum genere desumebantur. Interim saepius *milites vel Edelleut* accipi pro equitibus, quos hodie ita dicimus, sive Nobilibus haud negaverim; attamen ex dictis patet, vocem *Nobilium* non ita ad Nobilitatem superiorem esse restringendam, ut non inferiori etiam in medio aeo dicatur esse attributa saepius. Id quod ex contextu cujusque scriptoris & diplomatis dijudicandum venit; in quo



quo si Electorum, Principum, Comitum, Baronum, Procerum specialis pramittatur mentio, & subjiciantur *Nobiles*; non poterunt alij intelligi, quam, quos hodie absolute ita nominamus contradistinctos Comitibus &c. Non enim queritur, cui titulus hic honoris gratia datus fuerit in inscriptionibus & allocutionibus e. g. Curia Papalis aut summi Pontificis, à quo sæpe, ex Nobilitate superiori qui erant, hoc solum nomine compellati fuerunt; sed de eo tantum est controversia, quinam per Nobiles, quando & quatenus illi gradibus honorum & dignitatum ordinibusque hominum majoribus contradistinguuntur & subjiciuntur, intelligendi veniant. Stylus Curia antiquus parcius longe erat in axiomatibus tribuendis hodierno; neque vero à titulorum, vel concessione, vel negatione ad rei ipsius existentiam vel non existentiam tuto concludere licet; notum est, quod usu tantum non generali hodie invaluerit, ut Doctoribus e. e. in ipso epistolæ contextu detur: *Ewer Hoch-Edelgebohrn*; interim tamen sub voce *der Adel/ die Ritterschafft*/ ideo nemo Doctores comprehendi existimabit. Verum ob instans iter filum abrumpendum est, reservatis in aliud tempus reliquis; instituto itaque hac vice nostro sufficiat vel

T A N T U M.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

M U T A T

1708





Strassburg, Diss., 1723-39


ULB Halle

3

002 491 648



Slr.







*Feltz de ...*

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JURIS  
PUBLICI

182  
1723, 2. 3

QVA  
IMMEDIATÆ  
S. R. I.  
NOBILITATIS,  
ANTIQUITATEM, POTESTATEM, DIGNI-  
TATEM

*ab Adversariorum objectionibus*

P R Æ S I D E

DN. JOHANNE HENRICO  
FELTZIO,

JURISCONSULTO ET PROFESSORE  
JURIS PRIMARIO, CAPIT. THOMANI  
CANONICO SENIORE,

*SOLENNITER vindicare conabitur,*

FRIDERICUS BERNHAR-  
DUS à SCHMIDBERG,

*Ad D. xxiv. Martij M DCC XXIII.*

ARGENTORATI,  
LILIERIS JOHANNIS PASTORII.

